



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

De inclusorio & secreto cordis in omni loco. 24

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

24. De inclusorio & secreto cordis in omni loco.

Spiritualē
semper se-
quitur so-
litudō.

IOAN. I.

GEN. 6.

FAc tibi quoddam cordis inclusorium, vt etiam quolibet in loco constitutus sis, tecum comiteretur tua solitudo. Arcam construe ex omni parte firmam & seratam, vt salueris ab aquis diluuij: graues enim sunt & indicibiles fluctus magni maris, secularis vtique cohabitationis. Super ripā Iordanis stabat Ioannes, & vidit Iesum ad se venientem. Stat cum eo super ripam fluminis, qui seorsum ab actibus mundanis degit, vt Iesū oculis fidei altiūs contempletur. Vnam tamen fenestram habeat arca tua, vt per eam intret Christus, & sit obliqua, ne veniat Satanas, quia minūs lætè amicum suscipit, qui inimici fraudes aditumque non obstruit. Omnibus bonis inimicus est diabolus insidiatorq; continuus, sed monachis & religiosis amplius. Qui quanto perfectiūs per iter incedunt virtutis, tanto acriūs ille nititur eos impedire, quibuscumq; potuerit artibus. Aduersus quem nos muniat, & à cuius fallacia præsignet & tuetur seruos suos Iesus Christus Dominus noster. Amen.

CAPVT SECVNDVM.

De silentio.

ARGVMENTA HVIVS CAPITIS.

D E custodia silentij.	§ I.
Exemplum silentij in Dauid propheta.	II.
Commendatio silentij, secundū priscos patres sanctos & religiosos.	III.
Virtutes silentij.	IV.
Remedium contra multiloquium.	V.
Reprehensio loquacium.	VI.
Excusatio utilium doctrinarum.	VII.
De cautela contra rigorem nimium & abstractionem singularē.	VIII.
Distinctio diuersorum hominum in silendo.	IX.
De quibusdam specialibus impedimentis, qua sunt in locutione longa.	X.
Contra nocturna colloquia.	XI.
Experimentum mala conscientia arguit talia colloquia.	XII.
Remedium contra prædicta.	XIII.
Necessaria locutiones.	XIV.
Consilium taliter loquentium.	XV.
Consideratio utilis prudentibus.	XVI.
De instabilitate leuiter & dissolutè loquentium.	XVII.
Qualiter dissiuescit homo à multiloquio.	XVIII.

DI